

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Seria litteratorum, hominum poenitentia, institutio
eruditorum delinquentium - Cod. Ettenheim-Münster 60**

[S.l.], 1727

Sectio 14

[urn:nbn:de:bsz:31-108344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108344)

49

Sectio 14.
Infelicissimorum quorundam Libera-
torum tristes ex Relapsu ruinae, et
tragediae miserabiles.

Non praefer rem fuerit quosdam ex infelicissimorum
Liberatorum grege adverte Cacangelis, qui Luciferi
instar, de praecleara virtute ac pietatis celo misere de-
cidere, atque ad infamissimi proditoris exemplum perpe-
tuis exitibus alicuius, sempiternis suo dedecore subire possit:
quam sacrosanctis suis ausis egregijsq; propositis turpi-
ter excidissent. sane cum Diodoro dicente: pulchrum et
salutare admodum sit, ex aliorum erratis vitam insti-
tuere in melius, et quid appetendum fugiendumq; sit, ex
aliorum exemplis atq; Documentis cognoscere. iusabit
apprimè, tristes quorundam Apostatarum considerãpe
ruinas, qui orta tempestate vehementiori, de ipso quem
conspicerant pietatis apice rursus dejecti, vitia vitijs,
sordibus sordes, furoribus furoribus magis magisque socian-
dos arbitrati sunt, donec perpetua (iustissimo Dei
iudicio) dati fuere inter necioni. Equidem si tragedias
eos (quae nec nova sunt, nec ab eis quo visimus in au-
dita) d' liberati in virtutibus sincerioris via minus pro-
vide ambulantes, affectibusq; suis frequentissimè succum-
bentes, ad animum suum, eo quo par est studio, re-
vocarent, neq; ea ipsi sint mortuibus, qui (Terulliano
enunciante) ex casibus improvidorum aliquorum edi-
ficantur in ruinam; ceterum ab omni relapsu sibi
sollicitissimi caveant. Dubium nullum foret, quin
maxima ex eâ consideratione recepturi essent emolu-
menta, atq; ex infelicissimorum illorum casibus, et peri-
culis, felicissimi tandem, et beatissimi evaserit. Animus
verò est recensere paucos factus ex multis, illorum
tamen eos, satiusq; famos. plerimum enim olei, et spe-
re insperandum est, si omnium omnino lapsorum, et
relapsorum ad inter necionem usq; Liberatorum syllaba
dare vellemus, atq; cuncta Doctorum, de virtutibus, et
beatitudinis fastigio (quod iam conscenderant) miserè
Dejectorum exempla in apricum producere. sufficient
vel pauca (quae Theodori verba sunt) ad ostendenda de charit.
Totius vitae formam. Nec modo fructuosam pronuntiare,
autem Liberatorum miserè Dejectorum commemorationem
Serum etiam apprimè necessariam; Ductus scilicet exemplo

Terull.
l. de profanis
c. 3.

Theodor.
inib. orat.
de charit.

pallad.
in dant.
sect. 28.

Dicitur egregio pallady qui tristes religionum everfiones
narraturus necepe est & scite aiebat) eorum quoque qui sunt
tales (Lapsum videl.) vitam in hoc libro inferere ad securi-
tatem eorum qui in fidem sicut etiam sanctis plantis accepit
lignum paradisi nempe cognitio boni et mali: ut si quando
contigerit eos in aliqua re se recte gerere non se eferant
et se iactent de virtute. Nam sapere quoque virtus efficitur
ocasio prolapfionis quando non recto scopo facta fuerit.
scripsit enim: vidi iustum perverfionem in sua iustifica-
tione. Et cum per exempla mox producenda tum rui-
narum quasi binarum causa tum earundem ratio om-
nium optime innotescere queat. vix ullus prolapfio excu-
sationi locus relinquetur. De linquentibus si alienis peri-
culis disere noluerint neque omni via eas vitare prin-
cipia tenebrarum cata pulchris quibus improvidi nonnulli
miseri fuere interempti. Denique et hoc solliciti caven-
dum ne ob sacerdotum culpam labes toti ecclesia asper-
gatur. Ut hoc mirum (inquit Tertullianus) ut probatus
aliquis retro postea excidat? saul bonus procaheris, li-
vora postea exvertitur: David vir bonus secundum cor-
domini: postea cadit et stupri reus est. salomon omni-
gratia et sapientia donatus a Domino, ad idololatriam
a mulieribus induitur. soli enim Dei filii servabatur
sine delicto permanere. quid ergo si Episcopus si Dia-
conus si vidua si virgo si etiam Martyr lapsus a regula
fuerit? Erursus: Mirum est si Apostolum aliqui phy-
gellus et Hermogenes, et philebus, et Hymendus relique-
runt, ipse traditor christi, de Apostolis fuit. Et mox: quin
potius memores sumus sum Dominicarum pronuntiationum
quam Apostolicarum Liberarum, qua nobis et futuras ho-
refo (scandala ruinas) pronuntiarunt, et fugiendas
profinierunt, ut sicut illas esse non ex parte sumus, ita pope-
id, propter quod fugienda sunt, non miremur*. Non erit
sane, ut in lapsum a pietate hominum exemplis, que
utrumque testamentum suggerit recensendis Tripartito occu-
pemur, cum loco eo memorabili Tertullianus potiora
de libris.

Tertull.
de proserp.
adver. haru.
c. 3.

*. Hinc ipse Apostolus 2. Tim. i. v. is. Latius sig-
nificat his verbis. scis hoc, quod a veri sunt
a me omnes qui in Asia sunt, ea quibus est
phygellus, et Hermogenes p. ac in eadem ep-
sermo eorum et dicitur scripsit, ea quibus et
Hymendus, et philebus, qui a veritate ca-
ciderunt.

Luctuosum satis everfionis eiuſce exemplum. et docu-
 mentum poſt infamiſimum a poſtatarum arte lignam
 Judam puta Hecatoſum. Dedit Novatus ille hereſiarcha,
 quam primum faſtu, et iactantia inani ſublatus, omnem
 laudem movendum duxiſet ab Eccleſia gubernationem
 conſequeretur. ubi autem omnia expertus (verba Niceph.
 ſori ad ſcribo) nihil egit, erat enim timore, ambitione, et glo-
 ria cupiditate immenſa correptus, in deſperationem in-
 cidit, et tandem aliud quod faceret, non habens, ab Eccle-
 ſia ſeipſum ſegregans, proprios catuſ cogere, et novam
 quandam hereſin per deſectionem inſtituere cepit. ſe-
 ceſionis ſua obtentum illud protegens, quod Epifcopi-
 or, qui Decianam perſecutione d'is ſacrificia perit, per con-
 dignam penitentiam in gratiam receperit. a perſe enim
 Eufebius referit) talibus ſpem nullam ſalutis omnino
 reliquam fieri p. Itaque nonniſi faſtu, et ſuperbia ur-
 gente, miles ille de virtutis chriſtiana ſuſtigio (quod
 conſcendiſe videbatur) decidit, et in extrema perditionis
 varathrum fuiſt precipitatus.

Niceph.
 l. 6. c. 3.

Eufeb.
 l. 6. c. 30.

Algerum exemplum ſuggerit miſerimus ille Lucifer
 Calaritanus, quem ob ſinceros anteacto vita mores S.
 Hieronymus ſanctum appellat. Neq; vero alia re, Lucif-
 ero illi ruinam attulit, niſi turpis neglectus aut hognoſia
 quam atroc diſpenſio inter ipſum et Eufebium Epifcopu
 excitata excepit, ut ſocrates, ſozomenus, et Ruſſinus
 uno ore tradidere. mox vulnus vulnere addidit, plu-
 rimorum exemplum eius pellerit, ut et inſi contentioſis
 ſpiritu locum conceperit, et a pietate vera miſere de-
 fecerit. Luxerunt Ciſta notanter Baronius, fidelis
 et pi acerbiffimum ſanti viri Caſum, cum viderent homi-
 nem honeſtiſſimi magna gloria pro Eccleſia Catholica
 per ſanctum legationibus, tot Confefſionibus inſigniter
 nobilitatum, quod apices in Conſtantiam ſcripſerat pro
 Athanaſio, et fide Catholica. totq; martyria prope-
 modum exantlatum, quod annis caſ in diverſa loca
 fuerat deportatus. hominem coryphaum, et anteſignam
 Catholicorum in tam diuturno, et difficillimo praelio
 Arianorum poſitum inſtar Hieremia in columnam
 ferream, et murum crecum pro Domo Dei, Eccleſia chriſti;
 hunc ipſum inquam (proh dolor!) p. et tot victorias
 et erecta de perfidia debellata trophaea ſub ipſo trium-
 pho tam infeliciter a diſpenſatione auctore diabolo
 ſuperatum et ſeparatum ab Eccleſia epiſcopali plane

Socrat.
 l. 3. c. 7.
 Sozomen.
 l. 7. c. 2.
 Ruſſin.
 l. 1. c. 30.
 Baron.
 ad ann.
 362.

prostratum, quem tunc optimis quibusque timorem casus in-
cupit? ut illud Zacharia merito usurparent. Ulula abies
quia cecidit cedrus: quanta vero eius est estimatio et
laus in Ecclesia Dei, vel ab uno Hieronymo Discipulo, qui licet
post eius obitum, et pro Defensione Catholicae veritatis
de ipso agens, reveritus tamen antea vita merita Viri,
et percelebre nomen, vim vix sibi satis inferre valuit, ut
in eum exeret stylum. sed quem veritas acuit, reverentia
mox obtudit, ut pro maledictione benedictionem inferat,
cum beatum appellat, atque ut licuit, tandem excuset. utinam
ipse Lucifer, qui zelo extuabat Elia, et Elia dictum
audisset, non in spiritu vehementi Dominus, non in com-
matione Dominus, nec in igne Dominus, sed in sibilis aura
tenuis, nempe in mansuetudine, benignitate, et misericordia
verè inerat Dominus. ita de Lucifero illo, lapsusque eius
miserabili Baronius. Et quamvis Rufinus sibi non constare
scripserit an cità morte praeventus Lucifer, tempusque
mutanda sententia habuerit, an potius error animo eius
immobiliter infederit, clarissime tamen miserabili eo
casu apparet, summos nonnunquam, et de Ecclesiastica re
meriti sinos viros, contentiosis spiritu propellente, de
pietatis et virtutis Christiana fastigio deurbatos, ruinas
omnium tristissimas atque pernitiosissimas incurripe.

Funestissimam hanc eversionem excipit alia, Ju-
liani nimirum imperatoris, qua eo fuit deplorabilior,
quò è celsiore Doctrina, et virtute, Christiano culmine
miser ille, infandusque sui ipsius amator, et admirator cor-
ruit, atque de suscepta pietatis professione, sancti, simulque
Thaddeorum Christianorum institutis Codicis et ambrosioque
extremam urgentibus) defecit. singulari equidem infelicis-
simum illum desertorem ingenio et eruditione fuisse,
monumenta quae extant diserte loquuntur, cum primò
autem animum eius discendi cupidissimum arguat epistola
ad Ecdicium quendam profectum Coypiti, quae Georgii
Episcopi Alexandrini Libros sollicitè Dixit conquirendos:
quidam (inquit) equis, alij avibus, nonnulli feris delect-
tantur: ego vero inde usque à praesentia Librorum cupiditate
fate assis, ut moen nullus dubio locus super sit, quin
ex ipsa discendi Libido Juliano insignem multorum no-
tissiam pepererit, atque doctissimi viri sui hominibus sup-
parem fecerit. Verum cunctis istis laudes una ruina-
ompium miserima fragadia, ac detestanda impietatis
et apostasia macula, in perpetuum delevit, atque catinavit.

Est sane ut horribile illud subversionis Juliane exem-
 plum tum viri principis tum ceterati profertim homines
 penitiori mentis trutinâ persitent, con similitiq; derelictio-
 nis periculum extimescentes, Deum Opt. Max. sincerè
 sibi colendum putent, neq; puerilem aliquem ludum
 iocumq; epe arbitrentur certissimum illud christi ora-
 culum: multi sunt vocati, pauci vero electi. quantumvis
 enim Cui antea inuictus, eximia prorsus in Juliano
 fuerint natura ingeniq; dotes, magna etiam virtus ac pro-
 je singulari, in belli et pacis rebus administrandis, nec minùs
 ad ea bona vera pietatis comitis Campis etiam testimonijs
 ornata) acceperat: hians Famen illa ascendendi, imperiq;
 consequendi cupiditas (magis credibris, misere facinorata)
 efficit ut ruinam omnium luctuosissimam subiret, christoq;
 proh scelus! nefarie renuntiaret. ad hoc summi potestate
 imperij adeptus, crudelissime christianos vexaret, scholis
 eos prohiberet, publicis privatiq; magistratibus moveret,
 bonis spoliaret, deniq; pulso Athanasio, modis omnibus
 Ecclesiam turbaret atq; affligeret. quid quod susceptum
 in iuventute baptismum sanguine victimarum (exemplo
 inaudito) eluere sit conatus, uti Natanzenus, et Con-
 stantinus Manases discrete scriptis prodiderunt: vix im-
 perij (scribit Gregorius) hereditatem adire coperat,
 iam impietatem palam liberèq; profiteretur, perinde
 atq; hoc quoq; nomine erubescens quod christianus
 aliquando fuisset, aut eâ de causâ christianiz suer-
 gens, quibus nominis societate iunctus fuerat. atq;
 hinc quidem facinora sua auspiciantur, quemadmodum
 narrant, qui ipsius arcanis gloriantur. proh! in quos ser-
 mones incurrere cogor? impuro et nefario sanguine la-
 vacrum extergit, imitiationi nostre execrabilem imitia-
 tionem opponens, ut sur videlicet in cano provoluta si-
 cut est in proserbio) ita Natanzenus. qui alio loco
 memorat, se eum athenis vidisse adolescentem, et ex
 animi corporiq; habitu futuros eius mores deprehen-
 disse: tum (ait notantibus) sensi me non malum homi-
 nis conjectorem fuisse, quamvis non sim unus ex illis, qui
 ingenio ad istas artes bene nati sunt. sed me divinandi
 competentem efficiebat ingenij inconstantia, et mirabilis com-
 motio, siquidem vates est optimus, qui rectè novit conijcere.
 Nullius quidem boni signum mihi videbatur esse cervix
 prona, humeri vibrati, et subsilienter oculus errans et
 circumductus, et furiose intuens, pedes instabiles, et claudi-
 cantes, irrisor contumeliam spirans, et contemptum

Greg. Naz.
 orat. i. ad v. p.
 Julian.

Constant.
 Manas.
 in annal.
 n. 93.

Natanz.
 l. 2. in Jul.

vultus conformationes ridiculae, idem pro se ferentes risus
immoderati et effusi, natus et creatus sine ratione, sermo hoc
libans, et concisus spiritu, percontationes ineptae et stultae, nec
sponsiones nihilo istis meliores, in se se incurrentes, non con-
stantes, nec doctrina ordine progredientes. quid singula
persequar? talem arte opera vidi, qualem in operibus
cognovi. haec ille. Unde intelligimus, in istam atq; ingenii
tam huic homini perpetuam levitatem, et inconstantiam
Lapsus inde secuti, primam ac palmariam causam ex-
istisse. Et cum levitati sociaret magicam illam vanita-
tem, factum, ut suprema impietatis apicem attingeret
qui arte hac christiana felicitatis fastigium conscendisse
credebatur. Occultis (ait Marcellinus) Mercurio pro-
plicabat: utq; omnes, nullo impediente, ad sui favorem
illiceret, ad haerere cultus christiano fingebat, a quo
iam pridem occultis desiverat, arcanorum participibus
paucis, arum, icinae augurijq; intentus, et lateris qua-
deorum semper fecere cultores. atq; hoc quidem simu-
lacio tantisper fuit, dum vixit Constantinus, ab eo mortuo
plane religionem mutavit, et callide interim populi
dispersionem forebat, ut securius regnaret. ubi vero
(ait idem libro vigesimo secundo) abolitis, qua verebatur,
ad se sibi libertatem tempus faciendi, qua bellat adver-
sus, pectoris patefecit arcana: et plane absolutis Decree-
tis, aperiri templa, arumq; hostias ad moveri, et reparari
Deorum. statuit cultum. O Lapsus miserabilem! O ruina

*. cum apud Viennam Julianus quiesceret, sob-
rius, hora media noctis, imago quadam visa
splendidior, quoddam ei versus heroicis aper-
te dixit, quibus fretus, nihil asperum sibi
superepe existimabat.

Constat Julianum ab eo tempore in religionem
christianam ita exarsisse, ut etiam christiani
nomen abolitum voluerit, et in Gallitai vocem
commutari: adhortans principes, ut quo ipse nomine
in edictis suis Gallitai appellabat, eodem ipsi
quoque eos appellarent, ut S. Chrysostomus orat.
adversus gentes scriptum reliquit. quoniam etiam
Nazianz. orat. i. in Julian. publicam lege hanc
nominis commutationem a Deseratore illo san-
ctam fuisse.

omnium luctuosissimam! siquidem ea sempiternum, et irreparabile exitum finitimum habuerit, cum Julianus in expeditione persica ad Ctesiphontem urbem persarum principalem, incerto vulnere ictus miserè perisset anno aetatis secundo, et trigesimo. * Ex ipsiusmet epistola ad Alexandrinos paulò ante funestissimum exitum conscripta constat, illum viginti annos in christianismo coegisse, et tunc cum ea scriberet, annos iam duodecim vixisse pagani. Nihil equidem amplius infelicissimus Julianus, apostasia sua est a pecunia, nisi ut miserabilibus interiret, atq; tristissimam vitam pariter ac famam, dignitatis aequè ac beatae aeternitatis iacturam subiret.

Ut finem eam ipsam (C lapsu enormi pravio) non incurripet infelix ille Theodorus Mopsuestenus, ad quem erigendum Joannes Chrysostomus geminam precationem cepit conscribendam, quàm, tanquam fune duplici et pro longo, lapsu in profundam intemperantiam, et nequitiam multivaria foveam, Theodorum extrahere adlaboravit. animam suam deploro, Cita sub prioris admonitionis initium notanter legitur, numerosissimis, adeoq; amplissimis populis adaequatam dignitate, imò multis hominibus digniorem. quinimò sacram animam luceo destitutam epe, deploratamq; ac templum demolitum,

*. praeter vulgata de morte Juliani narrat Gosev. Viterb. part. 10. chron. ne illam eius excohibito à persis cadavere, throno Regio persarum fuisse circumpositam. Caetera ad Tertullini apostata vitam exitumq; ultinentia plurimorum calamitas sunt disulgata videndus praesertim Nazianzenus, duplici adversus eum insectiva.

t. testatur in Eccl. hist. Hesy chius, Theodori Chrysostomi sermone redocatum, rursum cecidisse, ut vix ullus dubio locus sit, quin prior scriptio lapsu primum exceperit, altera posteriorem. ac licet quibusdam in pace visus sit conquiescere abundè tamen constat, illum iam vitam functum in quinta Synodo ob varios perniciososq; errores fuisse damnatum, quibus apud Photium abisurgit quod inficiatur sit peccatum originis, nec minus Nestorij errorem ante Nestorium illum docuisse, idem Photius mihi citatq; est contestatus.

atque extinctum, cui christus nuper profuit, hoc est ornatu
cogitationis istius, quem modò diabolus excussit. quis honestus
et clarus non ingemuit, qui incidit in ploratum propheta,
qui animã advertit barbaram manum sancta sanctorum pro-
fanãpe, et subjectis ignibus perdidisse omnia, cherubin, arcã,
tabulas lapideas, urnam auream? atqui damnum istud
illo est tanto pernitiosius, quò illorum significatio preho-
sior, que ad hanc ipsius animam pertinet. Tu es illo
sanctius templum, quod neq; auro, neq; argento, sed et
gratiã spiritus resplenduit, et in vicem cherubin atq;
arca, christum et huius patrem, simul atq; consolatorem
habuit conversantem intrã ignem, at non amplius habet.
Vastum nunc est desertum, ac deformis nuditas à pulchritudine
ac decore pristino, quando divinum et incredibile orna-
mentum detractum est. desertum plenum periculis ac sine
custode. ibi nec janua, nec populum: omnia omnibus pa-
tent corruptionibus animæ, turpibus animi iudicationibus.
si superbia, si scortatio, si habendi libido aditum captab,
nemo prohibebit. Et forte videor incredibilia dixisse ipsi,
qui vident destitutionem tuam, et subversionem: propte-
rea doleo, et lugeo, nec in hac adversitate cesso, quousq;
te in pristina alacritate videro. Unde clarissime apparet
miseri illius theodori ruinam, non nisi faste immodico urgente
configite, ceterum eum non ex cænis infirmitate, adeo quã
prurigne pudentia casti deontius habet, enerviter de-
mentatum, à laudabili suo proposito, institutoq; verè chris-
tiano defecisse. Hinc illa chrysostomi, theodorum ad
sanam mentem seriãq; penitentia studia resocantib;
lacryma, quovis auro pretiosiores: Ne desperes ad optima
commutari, quod si cacodæmon tantum potuit, ut te à
vertice illo et fastigio virtutis in extremum malitia de-
truderet. multo magis deus in pristinam te poterit vindi-
care libertatem, neq; in eam solum, sed tibi multo felicio-
rem, quam fuit prior perficere. tantum ne relabaris,
ne excindas spes amplas, ne in te admittas, que impij
accidunt. quo in rerum statu dudum es, qui rejecto
mandato domini tam mansueti, tam humilis, istius tyran-
ni, et sine intermissione nostram salutem impugnantis
atrox imperium sustines. benigno iugo dissipato, abice-
toq; levi onere, in vicem illorum ferreis vinculis collum
inseruisti. Et quod amplius est, lapidem molarem, quem

a finarium nominant, de tua ipsius cervice dependisti.
 ubi igitur subsistes in posterum, qui demersisti in tum
 vastum mare, animam miserissimam, quam ipse tanta
 tibi necessitatem, quae continuo de te sum cogit, ultro
 indixisti? quae die quis in fornace voluptatum con-
 sistit, etiam si caemulis abundat infinis, ipsi resepe
 supra vires apparet: ceterum si vel leviter cepit illinc
 egradi, identidem procedens vim ignis à tergo relinquit,
 videtq; ante se, et ad pedes propemodum viam roscidam
 atq; caemia facilitatis, tantum ne desperemus, ne dubi-
 temus de reditu ad superos. Verum validioribus vinculis
 robustus ille armatus, lapsum miserè Theodorum tenuit
 arctum, quam ut ea si Oris aurei confringi, atq; con-
 scindi potuerint. tantopere prodigus iste, impietatis et
 luxuria sordibus non inquinatus solum, verum etiam
 obrutus fuit, ut ne potentissimus quidem summi Ora-
 toris calamus, eum ex cano, in quo jacebat, abstrahere
 pristinaq; restituere potuerit integritati. cano nimirum
 cuius Chrysostomus in altera paranesi plurimam fe-
 cit mentionem, addens, cecidisse primum Theodorum
 nondum vicennem, atq; studiis optimis imbutum à vir-
 tute et pietate singulari miserè defecisse. quis non
 in te (inquit) iure miratus sit, post repentinam illa
 mutationem, et rapidum ad meliora transfursum, ca-
 lestis iam verè animae probos mores? Epularum quidè
 tibi oblectatio omnis, et luxus contemptus erat? Despi-
 ciebatur suppellex varia, atq; pretiosa, omnis inaniu
 rerum iactura ignorabatur. totum illud aeterna atq;
 peregrina philosophia studium. Non diversis lectis-
 nibus, sufficiebat dies, non perpetua orationi noctes:
 exciderat paterna sensibus tuis memoria dignitatis,
 divitias oblitio profunda popederat. fraternam autem
 genua complecti, et sanctorum pedibus adolsi, omni
 nobilitate sublimius iudicabas. haec de Theodori opti-
 mis inibi, profundaq; studio pietatis, quam demonis
 (profectibus mortalium invidentis) arte miseranda
 adeo strages, et lapsus relapsusq; nullis satis deplorandus
 lacrymis excepit.

Chrysol.
 paranes.
 all. ad
 Theod. laps.

Quid pelagium loquar, initis inter maximos
 aevi sui prosepores pietatis habitum? cum scilicet
 in orientem ea scotia concedens, aliquamdiu miram
 vitae morumq; probitatem pra se tulisset.

* Verum miserabiliter postea collapsus: cum eam quam
 debuisse sollicitudine nequaquam serio aut agnoscente
 dio incubuisse, nec spiritui nefario elationis resistisset.
 Nimirum inde extrema perditionis barathrum Lucifer
 ille incurrit, quod pudenda presumptione inflatus, ca-
 teros omnes altissima supercilio pro se despicisset. in
 Aug. ep. 52. tanto in pestilentiores. Cui S. Augustinus scribit. In
 errores, quanto confidentius suis viribus currere instituit.
 Neque vero ex alio quam pudenda eiusce presumptionis
 fonte, everisionem pelagii dimanasse. Sanctus prosper
 eam epistola indicavit, qua seductam ab illo Demetriadē
 Virginem revocandam statuit ad mentem meliorem.
 Multi (scribitur) ferventes Deo et in lege eius die ac
 S. prosper nocte meditantēs, crucifixerunt carnem suam cum de-
 Epist. ad siderijs et concupiscentijs, omniumque illecebrarum incen-
 Demetriad. tiva domuerunt, non damnis vitiis, non persecutionibus,
 fracti, non prosperitatibus depravati. mundum istum
 nec dilexere obsequentem, nec timere terrentem.
 tantam itaque firmitatem et tam sublime propositum
 quam impugnatione diabolus possit adoriri. nisi ut quibus
 non potuerat persuadere vitiorum amorem, immitte-
 ret laudis cupiditatem: et inde novissima instrue-
 retur tentatio, unde prima deceptio nocuit. Non itaque
 de fidijs et tepidis, neque inertibus et incultis, sed magis
 quibusdam animis sedulis, et bonorum actuum probitate
 luculentis, per gloriam inrepsit humanam. et quos impul-
 sione non movit, elatione deiecit, quanto enim clario-
 res erant meritis, tanto eos a pistrinis suis insidijs invenit.
 In paradiso namque ecclesia constituta, et virtutum
 delictis abundanter, ad confidentiam liberi incitavit
 arbitrij, ut profectus suos in se constituerent, et ad
 arborem propria voluntatis manum presumptionis
 extenderent. Insaes loquitur, B. prosperum signifi-
 cantibus hisce verbis, in pelagium principem et se-
 ductos ab eo socios digitum intendit, atque ingentes
 illas laudes, honorificentissimamque elogium, quibus patres
 nonnulli ornandum estimaverunt pelagium nondum
 prostratum, statuisse temperanda. Equidem, illum
 initio vel re ipsa bonum sanctumque, vel secundum
 * Ipse Augustinus pelagium nondum lapsus,
 egregie celebravit, tanquam casta vita, mori-
 busque laudabilem. l. 2. de peccat. merit. c. 16.

eternam speciem duntaxat (De qua sola homines pro-
 nuntiare possunt) fuisse, neque cruditionis et facundia
 singularis laude caruisse, tum ex disceptatione illa
 ad Demetriadem virginem epistola *, tum ex alijs non-
 nullis eiusdem operibus clarissima colligitur. quamprimum
 vero pedenda illius presumptionis pestilens fidus, infe-
 licem istum sectum afflavit factum, ut de ingentis
 gloria (quam inibi habuerat) apicem miserè deciderit,
 inqz altissima perditionis puteum sit prolapsus, quin-
 imo conceptum adversus Divinam gratiam errorem
 ubiqz statuerit disseminandum, iamqz canis sagari
 coeperit, quos lenocinij suis pariter demer-
 taret. quam ipsam proterviam orientissimus Hieronymus
 pelusiba gravissimis verbis ei statuit exprobrandam. en
 verba: Tam effusi sunt in Ephraim et ipse ignoravit,
vitijs nimirum affectionibus juvenescens. Eodem modo
 tibi quoqz ingens annorum turba canitatem invexit,
 et tamen rigidum atqz inflexum animum habes, ea
 alio monasterio ad aliud subinde migrans atqz omniu
 mentas perscrutans et explorans. quamobrem si tibi
 carniem nidor, atqz os soniorum condimentum curae est
 is qui magistratus gerunt potius blandire, atqz ur-
 bium caminos vestiga. Neqz enim homines eremita,
 facultates eas habeat, ut te, quemadmodum tibi gra-
 tum est, excipere queant. Verisimile autem est, pela-
 gium eo mentas scrutandi studio, diffusionem sectae
 suae potius, quam immoderatiores gula delicias captare.

Hieron. pelus.
 li. ep. 314.

* Habetur ea epistola tom. 9. oper. Hieron. nec
 minus inter epistolas Augustini nonnunquam
 legitur, artificiosissime et perelegantel con-
 scripta: ut gravissimi illius temporis patres
 veriti ex tanta virginis depravatione
 magnam aliquam partem Ecclesiae in con-
 futationem illius subito et potenter exsur-
 rexerint, ut B. Hieron. et August. epistolae
 ad Fulvanam Demetriadis matrem, et modo
 laudatus proser epist. ad ipsam Demetriad.
 quod vero Hieronymus praefat. ad li. in fer-
 rum indoctum vocat calumniatorem, et
 mox stolidissimum scotozum pulchris pro-
 gravatum, inde factum, quod pelagius
 Hieronymi comment. in epist. ad Ephes.
 temere laceravit.

Constat equidem illum per Aegyptum, perque palestina
et Africam vagatum fuisse, Roma etiam diu moratum
ut corruptissima sua adversus divinam gratiam
doctrina venenum incantibus instillaret. ceterum
sensa sua mitis fraudibus, ambiguumque verborum
involucris texisse, quae possent facile bonam apud im-
providos admittere, et applicacionem, donec Honorij
Imp. rescripto damnatus, durissimi exilij penam
subiret, vitamque infelicem cum improposita morte
(siquidem minime respiceret, ab occulta superbia
in proceps actus) exul commutavit.

sed et alium a pietate virtuteque christianâ
apostatam, id ipsum quo pelagius perijt, ex un hilit,
Lampetium nempe, cuius horrendam defectionem
lasmusque immedicabilem, is quem modo laudavimus
Isidorus pelusiota graphice descripsit ad h. m. quo
tempore ad sublimis et excelsa. vita montem accede-
bas, atque abluta veste ac sensibus, ad divinorum dog-
matum auditionem pectus adornabas, terrenarum
rerum memoriam prorsus abicere constituisti, ut
ad virtutum arcem pervectus, tum Deum oracula
edentem audires, tum eo veterem legem in carnali-
bus tabulis inscribente, tabula ipse divinitus confecta
existeres. At vero nunc illud de te omnium ore de-
cantatur, te quidem salutis aratrum prompto atque
alacri animo arripuisse verum per ignaviam ac tor-
porem, Revertor sum rursus conversum esse. quamobrem
si te simonis exemplum non terret, qui cum baptis-
tus fuisse, ac ministris christi contem se praebuisse
rursus ad res ear, quae ex materia constant, reversus
est. Cuius etiam ex alto miser in mortem multorum
sermone celebratissimam procepsit, ut ex una
ipsum ruinam perspicuum omnibus fiat, quibus suppli-
cijo digni sint, qui caeleste curriculum mentientur.
simonis vestigijs, animique instituto hanc. sin autem
quisquis mentis ac rationis compos est, hanc penam
in hostibus quoque horret, ac deprecatur. pacta cum
Deo inita exple, ipsiusque vineam diligenter ac sedulo
cole. nam merces cum eo est, quam unusquisque secun-
dum suum laborem accipiet.

Isid. pelus.
l. i. Ep. 13.

Neq; omittendum aut silentij populo involven-
 dum est fuisse exemplum Ruffini Aquileensis, quod
 non alijs, quam ipsius Baronij verbis, in rem nostram
 aptissimis enarrabimus: Jam vides Cita lectorem ille Baron.
 compellat, quod non sine dolore recolimus, quoniam annal.
 fuerint precipui Hieronymi adversarij, et Oligeristarū Eccles.
 patroni, Ruffinus scilicet et Melania. proh dolor! tanto ann. 393.
 totius Ecclesie scandalo, ita mutatus est in inimicum, Hie-
 ronymo charissimus, ille Ruffinus, cui quam archa ami-
 citie, vinculis, et insolubilibus necessitudinis nexibus ipse
 Hieronymus adstrictus, et vel uno saltem illo declara-
 rat elogio, cum eundem unā cum Melania visitantem
 Aegypti monasteria, et solitudine Syris literis invisens,
 atq; salutans, inter alia plura amoris signa sic ait:
 Credas mihi frater, non sic tempestate jactatus portum
 nauis prospexit, non sic sitiens imbrēs arva deside-
 rant, non sic curvo aspiciens littori anxia filium mater
 caperebat, postquam me à tuo latere, subito turbo con-
 sulsit, postquam glutino charitatis harentem impia dis-
 traxit avulsio, tunc mihi coruleus supra caput astitit
 imber, tunc maria undiq; et undiq; calump; quanta
 enim animi sollicitudine saluisti sibi cuperet, quod ha-
 beret, neve propter absentiam aliquod vel leve saltem
 pateretur dispendium amicitiae, per timere, ad finem
 illud, quod memoria tenacius retineret, apposuit: ob-
 scuro te, ne amicum, qui diu quaeritur, vix invenitur,
 difficile servatur, pariter cum oculis mens amittat. ful-
 geat cui libet aurum, et pompaticis ferculis corusca et
 sarcinis metalla radient. Charitas non potest comparari,
 dilectio pretium non habet. amicitia quae desinere potest,
 vera nunquam fuit. En, quibus ipse circumdab vallis
 amicum, ne eos, volens licet transire abiq; ignominia
 nota valeret. sed secutus alienos Ruffinus infelix
 terga vertit amico, merensq; transfuga in castris hostium.*

*. Certum est Cita Natalis Alexander Hist. Eccles.
 Sac. 4.) Ruffinum ante pelagium, et Celestium,
 vel saltem cum illis, negati peccati originalis au-
 thorem exhibere, et eorum in tradenda illa per-
 versitate vel magister vel socius. aliter quoq;
 pelagianae haeresos parti, de naturali illa sus-
 titia, popibilitate ipsum favisse, inde manifestum
 est, quod S. Hieronymus testatur in Ep. ad Celsiph.

erum libros Evagrii pontici, quos de impapibilitate
et impuantiâ scripserat, Latine reddidisse, et libros
sexti pythagorici, hominis ethnicis, sub nomine
Sicci Martyris urbis Rom. Episcopi edidisse.

inde in amicum ac fratrem furens prodit Dux impio-
rum armatus, nulla proposita alia causa compulsus, quâ
ut ad servandam Catholicam veritati Origenis errores saluo
seret, atq; propugnet. utrum vero Didymo Alexand-
rino horum malorum culpa sit impingenda, ipsiq; Ruf-
fino in criminis tam atrocis societate iungendus, sit
non est quod prolixius disquiramus. Viderint alij quâ
veritatis specie Baronius adjecerit sequentia: Sed quod
luctus luctum provocat, et excubiunt lacrymâ lacrymas,
iungatur his funeribus horum malorum omnium
author infelix Didymus, cuius cum sublimitatem præclara
intueor profundam voraginem, in quam se præcipite
mergit, vix datur posse inspicere acutioribus mentis
obtusibus. Hic ille ipse, quem Magnus Antonius Ale-
xandria ingressus, beatum prædicavit, quod licet cæcus
esset, carnis oculis, mentis tamen illos oculos nactus
esset, quos (ut ait) sancti soli et apostoli meruerunt.
Cuius si scientiam spectes, id unum inter alia multa
satis in memoriam revocâsse, quod ut hunc populum
habere magistrum S. Hieronymus, post auditum Gregor.
Nazianzenum, et postquam exhibuisset se Roma orbis
Doctorem, cæso iam capite ipsorum adiit, peregrinatus
Alexandriam. Sed plane accidit, secundum profundum Dei
iudiciorum abyssum, ut qui ex cæco, Divino munere in-
fronsis videns erat, ob eamq; causam à S. Hieronymo
videntis nomine (qui prophetarum est titulus) fuit
appellatus; idem bis cæcus evaserit, dum plus homi-
ni infelix, quam antiquæ ecclesiasticæ traditioni de-
tulit. Dum, inquam, vehementiori, quam par erat, amore
suum persecutus Origenem, eius minime vitavit errores,
sed privato studio aspidis ova fovit, quibus ab eius
discipulis Evagrius, Isidoro, Rufino atq; palladio
ruptis, egressi ex eis sunt reguli, morsibus ipso primò
dilacerantes, postea vero diu multumq; se præter Dei
Ecclesiam infestaverunt, festibus multiplicatis, prognatis
nimirum ex ipsa postea pelagianis. Equidem si

Baron.
l.c.

atrox hac Didymi inculpatis, firmo per omnia stare
talo, ipse pariter exemplum Doctoris gravissimi Cypri
dedisset, atqz horrendum (quod minima putamus) Divi
na derelictionis documentum orbi christiani obtulisset.

Agman infelicissimorum illorum philantorum
apostatarumqz laudat miser ille fastidiosus, cuius
horrendam ruinam S. fulgentius significantissimi hujus
verbis duxit exponendam: tanto magis dolui perditum,
(fastidiosum) quanto magis sum compulsus exhorre
blasphemum. quem novimus post christianam fidem,
post presbyterij honorem, quem in conspectu hominum
cepit, et coram Domino non habuit, a via veritatis aversum
et sua pro suis redemptionis oblitum, factum fuisse forni
cationis ac luxuria servum, et ex hoc respicere Majesta
tis Divinae servitium. Unde est, quod ex catholico factus
haereticus, ac de malo thesauro cordis sui proficiens male
contra rectam fidem, contra catholicam veritatem,
non immerito illum sermonem veneno impietatis
crapulatus evomit. quando panem vite respuit, et
salubrem verae fidei cibum sui nominis indicio fastidio
sus abiecit. Et post multa alia, idem fulgentius veram
ruinam illius atrocissime causam traditurus. istam (scilicet)
fidem si miser fastidiosus non negaret, sine dubio non
periret. sed quoniam et factis eam negavit, et dictis
mirum non est, quia opere pejus factus est, et iam
sermone perverfus, et ambulans in tenebris inimicus
existit lucis. fornicatio quippe corporalis, quae illius
primò mentem, carnemqz popedit, ipsa eum consequen
ter ad precipitium spiritualis fornicationis attraxit. fu
lit enim membra Christi, et fecit membra meretricis.
et ideo non dubitavit castitatem fidei perdere, quia non
se doluit castitatem corporis amisisse. addit demique
fulgentius, per duos tantum annos spurcum illum in
sordibus suis volubatum fuisse; ubi sunt nunc duo illi
anni, quos fastidiosus quasi felices habuit, quia eos,
sicut voluit libidinosus in fornicatione consumpsit? quae
celeriter transierunt? qui etiam, non solum ducunt,
sed etiam duo milia sepeunt cum celeritate transierunt.
quid autem miser faciet, cum ad iudicium illius venerit?

quem negavit? quid recipiet pro talibus factis, et dictis? quid
ultra, nisi ignem aeternum, quem habebis constat operibus praeparatum. Et in hoc quidem tempore cito finita est factio.
Si fornicatio, cuius rames in illo igne non finietur laterona
combustio.

Tantum vero abest, ut universo hominum Deo sacrarum
forum Ordini, malitia perditorum illorum officere debeat,
ut potius plurimum inde toti Ecclesiae accedere possit emolumentum,
ubi compertum fuerit tot inter bonos, non nisi aliquos
parta rursus excidisse felicitate, atque extremi exitus aleam
subijce. Et quemadmodum invito stipite nonnunquam po-
ma fert pterus, ita ingratis collapsorum saepe numero con-
tingit, ut malum eorum exemplum, bonos fructus ferat.
Dum ceteri unius vel alterius periculo edocui sapere.
Discunt, et alienam stragem, in autognosia, humilitatis,
prudentiali vigilantiaque interioris argumentum vertenda
ducunt. Quod ipsum providens Clementissimus salvator
suorumque simul famulorum praemunitioni studens, si-
mul consolationi prospiciens, necepe enuntiavit epe ut

Matth. 18. scandala eveniant. melius quippe Augustinus dicit.
August. se) iudicavit de malis bene facere, quam mala nulla
Evangel. epe permittere. Ex nobis Cingit Joannes) prodierunt
c. 27.

i. Joa. 2. sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, perman-
v. 19. erant utique nobiscum. Non fuerunt miseri illi ex electo-

Basil. M. rum fidelium catu, quia palea fuerunt, nec erant
constit. plantatio caelestis patris, a quoque firmiores radices ha-
Monast. berent. Monet alibi Magnus Basilus, saculares res,
c. 7.

August. quoque quam opinionem de hominibus Deo sacratis concepisse
Ep. 137. quasi una cum statu, ipsam etiam naturam mutarint,
Ep. 137. et aliam quandam induerint, plane ab humana diversa:
Ep. 137. hos ait S. pater, aduersus Dei famulos injustos epe, ut
Ep. 137. et perinde ac carne et corpore carerent, eos nullis casibus
Ep. 137. obnoxios epe velint. Egregie Doctor Augustinus: quan-
Ep. 137. tum libet C scribit) vigilet disciplina Domus mea, homo
Ep. 137. sum, et inter homines vivo, nec mihi arrogare audeo, ut
Ep. 137. Domus melior sit quam arca Noe, ubi inter octo homines
Ep. 137. reprobos unus inventus est. aut melior sit, quam Domus
Ep. 137. Abrahae, ubi dictum est: eijce ancillam et filium eius, aut
Ep. 137. melior quam cohabitatio ipsius Domini Christi, in qua
Ep. 137. undecim boni perfidum, et furem Judam toleraverunt,
Ep. 137. aut melior sit portu, quam calum, unde angeli cecide-
Ep. 137. runt. Mirum equidem haud epe, ut qui homines sunt
Ep. 137. aliquid nonnunquam humani patientur, dum modo

lapsi ex infirmitate quantociens resurgerent, neque ex casu
 in precipitum euerent, sempiterna finitimum perditioni
 caeterum, Cacodemonis ea industria est, ut Dei famulorum
 (quos sibi nimio perire infectos sentit) exitium procuret, neque
 regentis illius Leonis electus, cibum sit everis atque collapsus
 Theodulus, hinc tanto plus laborat, ut eum precipitet,
 tantoque latius triumphat post precipitatum, quanto me-
 lius statum eius pristinum planeque sublimem perspectum
 atque exploratum habuit. Quid quod is, qui ex malis bona
 elicere, novit, saepe unum vulnerari permittat, ut alterum
 sanet, nec minus quosdam graviter tentari sinat, ut aerea
 suam purget, quia ut usum ab usum livorem, vis ab ope
 scabiem ducit, sic morum contagium inter homines
 serpit, nisi membra putrida quantociens abscindantur,
 potissimum autem eo fine, Deus talia fieri patitur,
 ut caeteros omnes, utrius periculo sapere, doceat, utque
 multis occasionem praebeat humilitatis, vigilantiae, con-
 miserationis, caeterarumque virtutum exercendarum. Habent
 sane unde sibi metuant, pectora Deo et pietati sincera
 consecrata, ubi magnifica adeo sanctae civitatis palatia,
 virtutis aequae ac doctrinae sublimioris basi, suffulta
 Ceurgente tentationis vehementioris furibere, extremi
 exitus aleam subire deprehenderint. Quidni huius-
 modum aliquid contemiscat, ubi temperatae sub-
 ortae edificium amplissimum corruisse compertum
 fuerit? Et cum oppido constet, omni fere aetate haec
 talia ad ecclesiae exercitationem permissa fuisse, ea
 semper liberatum de salute sua sollicitum cura ver-
 sabit atque cogitatio, qua ratione inoffenso pede virtutis
 christiana iter scandere, cunctisque difficultatibus su-
 peratis, ad perpetuae felicitatis sedem tandem aliquando
 devenire queat.

Sectio 15.
 Palmaria Relapsuum, doctis homini-
 bus exitialium, causa et origines.

Neque serò silentio praetereunda sunt causa tris-
 tum eius modi ruinarum spiritualium, quae illos mor-
 talium infelicissimos, ad casus tam lugubres impulere,
 suamque effecere tyrannide, ut fulgentissimi doctrinarum
 multisarum duciferi, de summa felicitatis cul-
 mine deciderint, atque extrema data fuerint inter-
 rectioni. Dicendum autem de his est, sigillatim, cum
 cardo felicitatis in ea cognitione positus esse videa-
 tur. Incausanda in primis venit probrosa illa ab-